

alii. Notat etiam Strabo lib. XI. Patro-
 clem nobilem Scriptorem in ea fuisse sen-
 tentia, ex India navigari posse ad Hircan-
 os. Negat Herodotus lib. I. scribens Ca-
 spium alterum ac per se ipsum, Mare esse.
 Eiusdem mentis Aristoteles lib. II. Me-
 teor. cap. I. Hos alii multi sequuti quo-
 rum princeps Ptolemæus in sua Geogra-
 phia accuratioris locorum cognitionis
 beneficio. Ipse Strabo, nisi, ut notavit Vir
 magnus, planis expressisque verbis falsam
 subdidisset sententiam, potuisset absque
 negotio ex prioribus persuadere Lectori,
 credidisse se littoribus circumseptum Ca-
 spium exitu carere. Sic enim ait: κύκλω
 ἢ περιτῶν θάλασσαν. Sed mox omnia
 corrumpit, & in aliam imprudens trahi-
 tur opinione, Illis præcipue verbis; πρὸς
 τὸ Οἰκεανὸν τὸ πηλεῖν τὸ Κάσπιον.
 Illud verum, Aquas Oceani Caspium ex-
 cipere subterraneo meatu, & exonerari
 occultis sub terram alveis & cryptis in
 Euxinum. Quum enim maxima flumina
 Caspium influant (inter quæ ab Septem-
 trione, Rha, hodie *Volga*; & Rhyrnus,
Iaick; ab Ortū, Iaxartes, *Chefel*; à Meridie,
 Oxus, *Abiamu*; ab Occasū denique alia
 non pauca) necesse sane fuit infusa, præfer-
 tim quum marinas stationes Flumina na-
 turaliter adpetant, aliqua exire. Nam qui
 recipiendis quotidie tot fluminum aquis